Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Lectionarius de tempore - Cod. Aug. perg. 13

[Reichenau ?], [13. Jh.]

Dominica XVIII. post octavam pentecosten. Secundum Matheum [= 22,34-36]. Omelia b. Iohannis episcopi de eadem lectione. I.

urn:nbn:de:bsz:31-41548

Visual Library

& phariseos· hydropicū curat· & mox
contra auaritiā disputat· ut uide
licet plꝰ egritudinē corporis· in
illis exprimeret egritudo cordis·
Deniq; post multa disputationis
ei hortamenta subiunctū ē· Audie
bant aūt omīa hec pharisei qui erant
auari· & deridebant illū· Ydro
picus quippe quo amplius biberit· eo
amplius sitit· Et omīs auarus siti
multiplicat· qui cū ea que appetit
adeptus fuerit· ad appetenda
amplius anhelat· Et respondens
dixit ad illos· Cuius urm asinus aut
bos in puteū cadet· & n̄ continuo
extrahet illum die sabbati· IIII·
Obseruatores sui phariseos
sic conuincit· ut eosdem aua
ritię condemnet· Si uos inquit in sab
bato asinū aut bouē· aut aliud
quodlibet animal in puteū decidens
eripe festinatis· n̄ animali s; uře
auaritię consulentes· quanto magis
ego hominē qui multo melior ē pe
core· debeo liberare· Congruenterq;
ydropicū· animali qd' decidit in
puteū cōparauit· Humore enī labo
rabat· sic illā mulierē· quā decē
& septē annis alligatā dixerat·
& ab eadē alligatione soluebat·
cōparauit iumento· qd' soluit ut ad
aquā ducat· Et bene utrūq; loco bo
uem posuit & asinū· qa siue sapien
tes quosq; & hebetes· siue ut supra dic
tum ē utrūq; ppłm eos significare
sentiant· eū uidelicet cui ceruicem
iugū legis attriuit· atq; eū quē quili
bet seductor repperit· quasi brutū
animal· & sine ulla ratione pertis·
qui uoluit errore substrauit· Omīs sal
uator adueniens· sathane uinculis
astrictos· omīs inimo concupiscentię
puteo· dimersos inuenit· Non enī
ē distinctio· Omīs enī peccauerunt
& egent grę dī· iustificati gratis
p gratiā ipsiꝰ p redemptionē que
est in xpo ihu· DOM· XVIII·
POST OCT PENTEC·
SCDM MATHEŪ·
IN illo t· Accesserunt ad ihm
pharisei· & interrogauit eū unus
ex eis legis doctor· temptans eū·
Magister· qd' ē mandatū magnū
in lege· (Grec) Ait illi ihc· Diliges dnm
dm tuū· ex toto corde tuo· & in to
ta anima tua· & in tota mente tua·
Hoc ē maximū & primū mandatum·
Scdm aūt· simile ē huic· Diliges
proximū tuū· sicut te ipsū· In his duo
bus mandatis· uniuersa lex pendet
& pphe· Congregatis aūt phariseis·
interrogauit eos ihc dicens· Qd' uob
uidetur de xpo· Cuius filius est·
Dicunt ei· Dauid· Ait illis· Quom

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

ergo dauid in spiritu uocat eum dominum dicens.
dixit dominus domino meo sede a dextris meis.
donec ponam inimicos tuos scabellum
pedum tuorum. Si ergo dauid uocat eum
dominum. quomodo filius eius est? Et nemo po
terat respondere ei uerbum. neque au
sus fuit quisquam ex illa die. eum amplius
interrogare. OMELIA B. IOHAN
NIS EPI. DE EADEM LECT. I.

Conuenerunt ergo saddu
cei. ut multitudine uin
cerent ihesum. quem ratio
ne superare non poterant.
aduersitate nudos se esse confessi sunt.
qui multitudine se armauerunt. Dice
bant enim apud se. Vnus loquatur pro
omnibus. et omnes loquamur per unum. ut si
quidem uicerit. omnes uideamur uicto
res. si autem uictus fuerit. solus ui
deatur confusus. O pharisei. qui omnia
propter homines cogitatis et facitis.
Primum quidem uenientes cum uno.
uincendi effectus per unum. Tamen putatis.
quia uno uicto. homines non intelligant
omnes uos esse uictos. Numquid conscien
tie uestre non sentiunt esse se confusas.
Leuis enim est consolatio ei. qui in se ipso
confusus est. quod ab aliis ignoratur.

Magister. quid est. II.
mandatum magnum in le
ge. Magistrum uocat. cuius non uult
esse discipulus. Simplicissimus inter
rogator. et malignissimus insidiator.
de magno mandato interrogat.
qui nec minimum obseruat. Ille
enim debet interrogare de maiore iu
stitia. qui iam minorem compleuit.
Dominus autem sic ei respondit. ut interro
gationis ei ficte conscientiam statim
primo responso percuteret dicens.
Diliges dominum deum tuum in toto cor
de tuo. id est non sicut tu. qui deuotionem
ostendis in ore. et fraudes medita
ris in corde. III.

Magnum et minimum manda
tum dicimus. quantum ad dignitatem
mandatorum. non quantum ad utilitatem.
alioquin utilitas omnium mandatorum
una est. et omnia mandata quasi unum
uidentur esse mandatum. ita sibi coheret.
ut alterum sine altero esse non possit. ut
puta si interroget te aliquis in edifica
tione domorum. que pars est melior.
dicis fundamentum. Sed quemadmodum
edificatio esse non potest nisi fuerit funda
mentum. ita nec fundamentum esse potest.
nisi edificatio fuerit subsecuta. Nec
dicitur fundamentum. nisi sit edificatio.
cui fundamentum dicatur. Ergo funda
mentum edificatione dignius est. non
utilius. Sic et caput dignius est quam membra.
tamen nec membra sine capite. nec caput
sine membris. Sic digniores sunt sacer
dotes quam populus. non tamen utiliores. qua

collecta
Da quesumus domine populo tuo diabolica uitare
contagia. et te solum dominum pura mente
sectari. Per.

nec christus sine sacerdotibus nec sacerdotes sine christo esse possunt. IIII.

Dignius est hoc mandatum: diliges dominum deum tuum ex toto corde tuo, quam illud: non occides, non concupisces; tamen utilitas una est. Nam qui diligit deum, ille non occidit aut concupiscit. Qui autem occidit aut concupiscit, non diligit dominum deum suum. Esse autem minora mandata dominus manifestat dicens: Si quis unum ex minimis istis solverit et docuerit sic homines, minimus vocabitur in regno caelorum. Diliges inquit, non timeas, quia diligere maius est quam timere. Minoratio enim culturae dei habet timorem, perfectio dilectionem, dicente Iohanne: Perfecta dilectio foras mittit timorem. Donec enim homo timet deum, non eum diligit; cum diligere ceperit, iam non eum tantummodo timet, sed et amplius diligit. Timere enim servorum, diligere filiorum est. Timor sub necessitate est, dilectio in libertate. Qui in timore servit deo, penam quidem evadit, mercedem autem non habet, quia invitus fecit bonum propter timorem.

DOM. XVIIII. POST OCT. PENTEC. SECUNDUM MATHEUM.

In illo tempore. Ascendens Iesus in naviculam, transfretavit et venit in civitatem suam. Et ecce offerebant [erret] ei paralyticum iacentem in lecto. Et videns Iesus fidem illorum, dixit paralytico: Confide fili, remittuntur tibi peccata tua. Et ecce quidam de scribis dixerunt intra se: Hic blasphemat. Et cum vidisset Iesus cogitationes eorum, dixit: Ut quid cogitatis mala in cordibus vestris? Quid est facilius dicere: dimittuntur tibi peccata, aut dicere: surge et ambula? Ut sciatis autem quoniam filius hominis habet potestatem in terra dimittendi peccata, tunc ait paralytico: Surge, tolle lectum tuum et vade in domum tuam. Et surrexit et abiit in domum suam. Videntes autem turbe timuerunt, et glorificaverunt deum qui dedit potestatem talem hominibus.

OMELIA beati Iohannis episcopi. DE EADEM LECTIONE. I.

XPISTUM IN HUMANIS actibus divina gessisse mysteria, et in rebus visibilibus invisibilia exercuisse negotia, lectio hodierna monstravit. Ascendit inquit in naviculam et transfretavit, et venit in civitatem suam. Nonne ipse est qui fugatis fluctibus maris profunda nudavit, ut israheliticus populus inter stupentes undas sicco vestigio velud montium cacumina transiret? Nonne hic est dominus qui petri pedibus marinos vertices inclinavit, ut iter liquidum humanis gressibus solidum preberet obsequium? Et quid est hoc quod

Collecta.

Dirigat corda nostra domine quesumus tue miserationis operatio, quia tibi sine te placere non possumus. Per.